

/ Admodum Reverende Pater.

Non sum oblitus iucundissimae consuetudinis, quam cum R.V. habui tempore congregationis generalis. Ea causa est, ut gratissimae fuerint litterae, quae memoriam illius temporis mihi renouant. Conciones R.V. ad mensam legi mihi iubeo, hoc praesertim Dominici Adventus tempore valde opportunas, alioquin enim ob assiduas occupationes, quibus distineor, via otium ad eas legendas haberem. Placent omnia, tum quod ipsae in se conciones, et eruditae et utiles sint; tum quod sint valde similes iis, quas ego in ecclesia  
10 Capuana dum archiepiscopi fungebar officio, habere solebam ad populum; et si ante duos vel tres annos conciones R.V. ad manus meas pervenissent, multum me sine dubio iuvisent. Hoc meum iudicium de concionibus vestris sciet post unum vel alterum diem Rever<sup>mus</sup> P. Generalis. Sed tamen hanc meam sententiam iudicio hominum doctis-  
15 simorum et magis exercitatorum in munere concionandi libenter subiicio.

Valeat R.V. mei memor in sanctis precibus et sacrificiis suis.  
Romae XXVI decemb. anno MDCV.

R.V.

20 Frater in Christo

Robertus Card. Bellarminus.

---

Grodicius Stanisl. Quadripartitae conciones... t.II. Ingolstadii  
1610.